# De Abulhesen Ibnu Telmild

Abulhesen Ibnu Telmid. id est---- -- filius discipuli qui fuit Christiana religione Jacobitarum, natus est in Civitate Bagadad, cujus pater ejusdem maximi Pontificis extitit; et hic Abulhesen apposuit animum studijs, adeoq tempore brevi floruit in Medicina, et composuit librum in ea, ordiens ipsum secundum hominis membra à capite ad pedes usq descendens in quo narrat accidentia omnia, atq infirmitates cunctas dictis membris occurrentia: cui titulum imposuit Elmalihi: hoc est ipsa Realitas; eumq dono dedit Soldano ejus temporis. Ob quam operam ingressus est in Soldani praedicti